



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

D[omi]nica. xxij. S[e]c[undu]m matheum

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

virtutis eius induite vos ar-
matura dei, vt possitis stare
aduersus insidias dyaboli.
Deo gratias. **Collecta.**

Familiam tuam quesumus
domine continua pietate cu-
stodi vt a cunctis aduersitari-
bus te protegente sis libera: et
in bonis actibus tuo nomini sis
deuota. Per dominum nostrum.

Et euangelio añ. Erat quidam
regulus cuius filius infirma-
batur capharnaum. hic cum au-
disset quia iesus veniret in ga-
lyleam rogabat eum vt sana-
ret filium eius. añ. Domine de-
scende vt sanes filium meum pri-
usquam moriatur. dicit ei Iesus:
vade filius tuus vivit allelu-
ia. añ. Cognouit autem pater
quia illa hora erat in qua di-
xit iesus filius tuus vivit et cre-
didit ipse et domus eius tota.

Psalmica. xxij. Scdm matheum

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis para-
bolam hanc: Simile est regnum
celorum homini regi qui vo-
luit rationem ponere cum ser-
uis suis. Et reliqua. **Omnia**
beati Hieronimi presbyteri.

Deus assimilatum est regnum
celorum homini regi qui vo-
luit rationem ponere cum ser-
uis suis quia familiare est sy-
ris et maxie palestinis ad om-
nem sermonem suum parabo-
las iungere: vt quod simpliciter

preceptum teneri ab auditori-
bus non potest: per similitu-
dinem exempli teneatur. Tu.

Precepit itaque **Lectione octava**
petro sub comparatione regis
et domini et serui: qui debitor
decem milium talentorum a do-
mino rogans veniam impe-
trauit vt ipse quoque dimittat
conseruis suis minora peccan-
tibus. Si enim ille rex et do-
minus seruo debitori decem
miliuum talentorum tam faci-
le dimisit quantomagis serui
conseruis suis debent mino-
ra dimittere. Tu autem. **Leit.**

Quod vt manifestius fiat di-
camus sub exemplo. Si quis
nostrum commiserit adulteri-
um homicidium sacrilegium:
maiora crimina decem milium
talentorum rogantibus dimit-
tantur: et si ipsi dimittunt mi-
nora peccantibus. Tu autem

domine miserere nobis. **Ca-**
Rates: Confidimus in do-
mino iesu. quia qui cepit in vo-
bis opus bonum perficiet vs-
que in diem iesu christi. Deo quod

Deus refugium non est. **Collecta**
strum et virtus: adesto pijs ce-
clesie tue precibus auctor: ipse
pietatis et presta: vt quod si-
deliter petimus efficaciter con-
sequamur. Per dominum nostrum.
Et euangelio añ. Dixit autem
dominus seruo redde quod debes. proci-
dens autem seruus

ille rogabat eum dicens: patiens etiam habe in me et omnia reddam tibi. **an.** Patientiaz habe in me domine peccavi et omnia reddam tibi. **an.** Seruenequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui miserus sum dicit dominus.

Dñicavicesima tertia. S. ma.

In illo tempore: Abeutes pharisei consilium inierunt ut caperent iesum in sermone. Et reliqua. **Omelia**

venerabilis bede presbyteri.

Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularunt ut caperent iesum in sermone et traderent eum principati et potestati presidis.

Querentes dominum comprehendere principes sacerdotum et scribe timuerunt populum atque ideo quod per se non poterant presidis manibus efficere temptabant: ut velut ipsi a morte eius viderentur immunes. Tu autem domine. **Le. viij.**

Nuper eni sub cesare Augusto iudea subiecta romanis quando in toto orbe est celebrata descriptio stipendiaria facta fuerat. Et erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate et quiete. quia romani pro omnibus militarent debere tributa persol

ui. phariseis vero qui sibi applaudebant de iusticia eorum nitentibus non debere populum dei qui decimas solueret aut primitiua daret et cetera que in lege scripta sunt humanis legibus subiacerent. Tu autem domine miserere nobis.

Ruius seditionis. **Lectio. ix.** adeo fomes inuoluit: ut post domini passionem insistentibus sibi romanis patriam: gentem et regnum nobile illud cum sua religione templum immo ipsam lucem perdere quam tributa pendere maluerunt. Tu

Fratres: Imitatores **Cap** mei estote et obseruare eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Deo gratias.

Collecta. Deus refugium **ut s**

Et euangelio **an.** Abeutes pharisei consilium inierunt ut caperent iesum in sermone alleluia. **an.** Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces alleluia. **an.** Interrogatus a iudeis dominus si licet census dare cesari. respondit iesus et dixit. reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo alleluia. **an.**

Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo alleluia. **Dominica vicesima quarta Scdm Matheum.**

In il. t. Loquere ihu ad turbas ecce princeps vnus